

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

ACTVS TERTII, SCENA III.

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

Ph. vid faciam? unde ego nunc tam subito huic
 q argentum inueniam miser,
 cui minū nihil est? quod si hic potuisset
 nunc exorarier
 Triduum hoc, promissum fuerat. An. ita ne hunc pa-
 tiemur Geta

Fieri miserū, qui me dudum, ut dixti, adiurit comiter?
 Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experimur
 reddere?

Ge. Scio equidem hoc esse æquom. An. age ergo, solus ser-
 uare hunc potes.

Ge. Quid faciam? An. inuenias argentum. Ge. cupio:
 sed, id unde, edoce.

An. Pater adest hic. Ge. scio: sed quid tum? An. ah, dia-
 ctum sapienti sat est.

Ge. Ita ne? An. ita. G. sane hercle pulchre suades: etiam
 tu hinc abis?

Non triumpho, ex nuptijs tuis, si nil nanciscor mali,
 Ni etiam nunc me huius querere caussa in malo iubeas
 crucem?

An. Verum hic dicit. Ph. quid? ego uobis Geta alienus
 sum? Ge. haud puto:

Sed parū ne est, omnibū quod nūc nobis succēset senex,
 Ni instigemus etiam, ut nullus locū relinquatur preci?

Ph. Alius ab oculis meis illam ignotum abducet locum?

Hem,



PHORMIO

Hem, dum igitur licet, dumq; assūm, loquimini me
cum Antiphō:

Contemplamini me. An. quamobrem? aut quidnam
facturus? cedo.

Ph. Quoquā hinc asportabitur terrarū, certū est persequi,
Aut perire. Ge. dij bene uortant, quod agas: pedeten-
tim tamen.

An. Vide, si quid opis potes afferre huic. Ge. si quid?
quid? An. quāre obsecro,

Ne quid plus minus ue faxit, quod nos post pīgeat Geta.

Ge. Quāro: saluos est, ut opinor: uerū enim metuo malum.

An. Noli metuere: una tecum bona, mala tolerabimus.

Ge. Quantum argenti opus est tibi? loquere. Ph. solae tri-
ginta minæ.

Ge. Triginta? hui, percara est Phaedria. Ph. istaec uero nū-
lis est.

Ge. Age, age, inuentas reddam. Ph. o lepidum caput.
G. aufer te hinc. Ph. iam opus est.

Ge. Iam feres. sed opū est mihi Phormionem adiutorem
ad rem hanc dari.

An. Præsto est: audacissime oneris quiduis impone, et feret:
Solus est hō amico amicus. Ge. amus ergo ad eum oeyus.

Ph. Abi uero: dic, præsto ut sit domi.

An. Nunquid est, quod mea opera uobis opū sit? Ge. nil:
uerum abi domum, et

Illam miseram, quam ergo nunc intus scio esse exani-
matam metu,

Consolare: cessas? A. nihil est, æque quod faciā lubens.

Ph. Qua uia istuc facies? Ge. dicam in itinere: modo te
hinc amoue.

ACTVS



PHORMIO

ACTVS QVARTI SCENA II.

G E T A.

Ge hominem callidiores uidi neminem,
Quam Phormionem. uenio ad hominem, illi
dicerem

Argento opus esse, et id quo pacto fieret:
vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: querebat senem:
Dijis gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phaedriæ se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quam Antiphoni. hominem ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum: quis est ulterior? at at at phaedriæ
Pater uenit: quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc, unde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ANTIPHO, GETA, CHREMES,
DEMIPHOO.

An. Xpecto, quam mox recipiat se Geta.
e Sed patruum cum patre uideo astantem. hic
mihi,
Quam timeo, aduentus huius quo impellat patrem.
Ge. Adibo hosce: o noster Chremes. ch. salue Geta.

61

